



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

55 Beneficiarius pensionem promittens, ad eam etiam non adepta possessione tenetur, iusteque ab eo pe[n]sio accipi po[est]t.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**



ita vt regressus in pristinum jus sit valde favorabilis, c. ab exordio. dist. 35. & Fel. in ca. cum omnes, de constitu. post Concilium tamen Tridentinum, sess. 25. cap. 7. de ref. equa ri videntur.

## DECISIO XLIX.

Ex consil. 45. alias 11. de iniuriis, & damno dato.

**H**abens facultatem transferendi certam pensionem, coram tamen persona in ecclesiastica dignitate constituta, & eam coram Canonico cathedralis ecclesie sub conditione transferens, scilicet si in illa infirmitate moritur, qua tempore translationis tenetur, ipso moriente translatio non valet: Quis enim Canonicus cathedralis quo ad casum speciale, scilicet, vt possit esse delegatus Pape, c. statutum, de rescript. in 6. habenti dignitatem ecclesiasticam equiparetur; quia tamen Canonicus Ecclesie cathedralis, nec dignitatem habere, nec in dignitate ecclesiastica constitutus esse censetur; cum canonicatus sit beneficium simplex tantum; & translatio coram illo facta inualida, & nulla centeri debet, ex eo quod translatio pensionis illius facta non fuit coram persona in ecclesiastica dignitate constituta, prout facultas data postulabat. Non tamen tenetur Canonicus, coram quo facta fuit, damnum refarcire, quod ex nullitate translationis prouenit illi, in cuius fauorem translatio illa facienda fuit; cum is coram quo agenda est translatio pensionis, non teneatur ad sciendum an translatio recte nec ne fiat, neque ad docendum Notarium verba, qua scribere debet; sicut neque testes coram quibus debet fieri ad illa tenentur; sed solum ad exhibendum presentiam suam, & intelligendum id, quod agitur; sed ad partes, quarum interest, videlicet ad beneficiarios pensionibus grauatos, & ad personam, in quam illa transfererentur, pertinere scire an actus ille, & translatio valida necne fuerit.

## DECISIO L.

Ex consil. 46. alias 63. de simonia.

**P**ensionarius facultatem habens transferendi pensionem, eam transferendo cum reservatione exigendi eam quoad vixerit, Simoniacus est, & translatio, & reservatio nulla censetur; licet enim pensio beneficii non sit, quia tamen quid spirituale est, vel spirituali annexum sic transferendo simoniam committit; & cum translatio, & reservatio diuersa sint, solaque potestas eam transferendi pensionario concessa est, non autem referuandi, reservatio nulla erit, eo quod ad actus valorem voluntas, & potestas omnino necessaria sunt, c. cum super, de off. dele. excommunicationem vero contra simoniacos iure latam. Extrau. 2. de simo. per huiusmodi simoniam non incurrit, quia illa solos simoniacos in ordine, & beneficio comprehendit.

## DECISIO LI.

Ex consil. 47. alias 4. de verb. signif.

**P**arochus, constituta pensione alteri super fructibus sue parochialis ea lege, vt quinquaginta sibi libera remaneant, ordinaria onera subire debet, extraordinaria vero accessoria pensionarius; vnde consequenter onus habendi clericum adiutorem, & candelas necessarias ad Missarum parochialium celebrationem, & cereorum, qui sunt necessarij ad portandum sacramentum infirmis, parochus subire tenetur; impensam vero olei necessarij ad sustentandam lampadem coram Sanctissimo Sacramento ardentem, & cereorum, qui de more ecclesie distribuuntur, & aliarum arborum, qua certis festis necessario debent distribui pensionarius subire debet, eo quod hec non videntur accessoria necessaria parochi, illa vero sic & quod pro his, nihil de consuetudine parochi communiter, sicut pro illis penditur.

## DECISIO LII.

Ex consil. 48. alias 1. de Eccles. edif.

**P**ensionarius clericus habens pensionem impositam super aliquo beneficio ecclesiastico, & fructibus eius im-

pensas faciendas in refectione ecclesie pro rata sumptuum beneficii soluere tenetur, nisi pensio imposita sic fuerit, vt ab omni prorsus onere libera solueretur. gl. in cle. 1. de decim. Gigas tract. de pensio. q. 8.

## DECISIO LIII.

Ex consil. 49. alias 1. de solutione.

**P**ensionarius, cui constituta est certa pensio super fructibus, & distributionibus cantoria, vacante cantoria, per annum, & fructibus eius, qui in solis distributionibus consistunt, pensionem pre fati anni, ne que a Capitulo, ne que a singularibus de illo, sed ab eo, qui succedit in dicta Cantoria exigere potest; esto quod, nec distributiones, nec fructus illius anni perceperit; Cum enim intentio Papae, qua seruanda est, super literis, de rescript. & c. si. de prob. sit pensionario huiusmodi prouidere de pensione pro victu honesto illius vel parte soluenda de fructibus & distributionibus illius cantoria, & constat Capitulum nihil de distributionibus illis accepit, sed illas totas peruenerit ad singulares de Capitulo, & aliud sit capitulum, aliud singulare de Capitulo, c. eam te, de rescript. nihil de Capitulo petere potest. Sed neque a singularibus Capituli illam petere valet cum nihil predictarum distributionum ad eos ratione predictae Cantoria prouenerit, sed tantum ratione suarum distributionum, & canonicatum, ratione quorum diuini officij intererant; & proinde a solo successore cantoria illius pensio petenda est, cum stylus Curie habeat vt pensionarius decurfas pensiones, & non solutas annorum, prateritorum a nouo possessore beneficii petere possit, licet successor talis nihil vnquam recipiat, aut recuperabit a precessoribus suis, aut ab heredibus eorum. Franc. in c. presentis, de off. ord. in 6. & Gigas tract. de pensio. q. 39. adeo vt successor in dicta Cantoria ex eo pensionem soluere tenetur, quia recipiet, & possidebit cantoriam predicta pensione, Apostolica auctoritate operatam. Non tamen cogi potest successor ad soluendam pensionem statim ac succedit, donec lucretur, vel per eum steterit, quo minus tantum lucretur de fructibus, & distributionibus cantoria; sicut nec successor in beneficio soluere tenetur pensionem, nisi de fructibus beneficii illius, cui pensio imposita est.

## DECISIO LIV.

Ex consil. 50. alias 13. de prescript.

**H**abens beneficium valoris vt communiter creditur tercentum scutorum, & renuncians illud in fauore alterius cum reservatione pensionis ducentorum scutorum, cum clausula, modo remanerent centum resignatario, qui locat illud 275. aut citius; non obstante tallocatione, ab eodem resignatario 200. petere potest, eo quod verus valor fructuum beneficii non satis per instrumentum locationis fructuum probatur. Cassad. dec. 20. super Reg. 9. cancel. Gomez. q. 11. super reg. can. de expri. val. & fructus beneficiorum locantur, seu arrendantur aliquando pluris, aliquando minoris quam vere valeant, ratione cognationis, amicitiae, vel certioris solutionis, vel anticipatio nis pretij, vel necessitatis, fertilitatis aut sterilitatis anni, qua resignans respicere non tenetur dummodo tempore renunciationis bona fide credebatur 300. valuisse, & modica pars excessus, vel defectus non debet illi nocere. Cassad. & Gom. vbi supra, maxime si pro vno solum, aut altero anno resignatarius illud dicto pretio locauerit, bene tamen faciet resignans, si ex varietate & successu temporis videat minus valere quam tempore renunciationis valeat, remittat resignatario tantam partem sue pensionis, quanta deesset ad hoc, vt deberet putari ista acceptio residui centum scutorum.

## DECISIO LV.

Ex consil. 22. alias 32.

**C**um constitutio pensionis adiecta clausula, habita, vel non habita possessione iusta esse possit iuste etiam pensionarius pensionem a beneficiario, qui se obligat ad soluendam pensionem etiam non adepta possessione accipere potest, non obstante, quod beneficiarius, nec possessio-



ne beneficij, vel vllus fructus eius accipiat; eo quod euen-  
tus quem quis præuidit, vel præuidere debuit, l. si pu-  
rator, ff. ad l. Aquil. aut difficultas præstandi rem pro-  
missam promittentem ad illam præstandam non excusat,  
l. continuis, §. cum ita, de verb. oblig. vnde cum beneficia-  
rius potuit, & præuidere debuit impedimentum non ad-  
piscende possessionis, & tamen se oblig. aut ad soluendam  
pensionem, etiam non adepta possessione, sibi solum im-  
putare debet, cum damnus quod alicui sua culpa, & ne-  
gligentia venit, sibi, & non alicui imputatur, c. damnus,  
de reg. iur. in 6.

DECISIO LXI.

Ex consil. 16. in Nouis, deest in antiquis.

60 **Q**uamuis pensio beneficijs gratis remitti potest in-  
scio Papa, non tamen eum, aut redimi, aut ad mino-  
rem summam reduci, aut transferri sine Papæ auctoritate  
valet, sicut nec sine eius auctoritate constituitur, c. extirpa-  
da, de preb. Quia eadem concurrere debent in destructio-  
ne, quæ in constitutione, c. 1. de reg. iur. ex Nau. in Man. c.  
23. nu. 111.

DECISIO LXII.

61 **S**icut beneficium non est fructus, qui ex illo percipiun-  
tur, sed ius illos percipiendi ita pensio nõ est certa por-  
tio fructuum mensæ, vel beneficij, sed ius percipiendi il-  
lam: Et sicut beneficium est ius spirituale, vel annexum spi-  
rituali non quidem antecedenter, vt ius patronatus, sed  
consequenter, ex S. Th. 2. 2. q. 100. ar. 4. ita etiam pensio li-  
cet non sit quid spirituale, est tamen spirituali annexum  
consequenter, vt ipsum beneficium, & proinde inuendibi-  
le. Et sicut beneficium est spirituale, quia prærequirit rem  
spiritualem, videlicet ordinem, ita etiam pensio ordinem,  
seu clericatum prærequirit: vnde nemo eam laico conce-  
dere potest, nisi solus Papa; sed neque Papa id potestate  
ordinaria facere potest: Et de stylo Curie requiritur etiã,  
vt nec illegitimus, nec irregularis sit, & per constitutionem  
Pij V. Extrau. ex primo Lateranen. obligat ad horas sal-  
tem B. Mariæ Virg. ex Nau. in Man. c. 25. nu. 122.

DECISIO LXIII.

Ex consil. 2. in Nouis, deest in antiquis.

62 **P**ensionarius, cui reseruatur pensio ad vtilitatem alicui-  
us curialis, pensionem in si ium solata sibi certa quan-  
titate transferre potest, quatuor concurrunt, videlicet  
Papæ auctoritate, consensu Curialis, consensu beneficiarij  
eam soluturi, & narratione quantitatis pecuniæ, quæ pre-  
dicto Curiali datur, vt in id consentiat, quorum vno defi-  
ciente, eam transferre non poterit.

DECISIO LXIV.

Ex consil. 55. alias 3. de vita, & honest. cler.

63 **C**lericus pensionarius propter pensionis tenuitatem se  
sustentare non valet, si relicto habitu clericali ad mili-  
tiam se transferat, pensionem non amittit, nec fructus re-  
cepros restituere tenetur, dummodo horas B. Mariæ Vir-  
ginis recitauerit: tenetur tamen clericaliter viuere, aliàs  
peccat, nec absolui potest, nisi militiam secularem relin-  
quere proponat, quæ omnino contraria est vitæ clericali:  
potest tamen aliqua negotia, & officia secularia vitæ cleri-  
cali non omnino contraria exercere propter pensionis te-  
nuitatem, vt sic cum pensione honestè & decenter viuere  
possit: sicut etiam habens beneficium ecclesiasticum cleri-  
caliter viuere tenetur, fructus tamen beneficij non amit-  
tit, si clericaliter non viuat, modo horas canonicas recita-  
uerit, etiam si homicidium committat, & factus sit irregu-  
laris. Inno. recep. in c. cum nostras, de concess. præbend.

[Hæc authoris sententia post Bullam Sixti V. quæ incipit  
Cum Sacrosanctam, editam anno 1588 quinto Idus Ianua-  
rij, falsa est, cum ibi Pontifex statuerit, vt qui clericus sit, &  
beneficium, aut pensionem obtinet, habitum clericalem  
deserat, alias beneficio, vel pensione ipso facto priuatus sit  
ita vt non teneatur quis vltius ad fructuum beneficij,  
aut pensionis solutionem, sed neque ob non solutionem  
centuras, aut penas aliquas incurrit.]

DECISIO LX.

Ex consil. 56. alias 34. de præben.

60 **C**um ab inferiori Papæ pensio laico etiam non con-  
iugato constitui nequeat, multo minus a Magno  
Magistro militiæ Sancti Ioannis Hierosolymitani  
alicui laico coniugato super Commendam collatam alicui  
sui ordinis militi pensio constitui poterit; potest ta-  
men Commendatarius causa paupertatis, pietatis, vel ne-  
cessitatis, vel tota sua vita, vel ad aliquot annos gratis dic-  
to pensionario aliquid soluere.

DECISIO LXI.

Ex consil. 57. & 58. alias 11. de reb. eccles. non alien.  
deest in Nouis.

61 **P**ensio beneficijs licet gratis remitti, seu condonari  
debeti eam possit. Card. in c. Agathosa, d. 63. ex Na-  
uar. in Man. c. 23. nu. 111. in alium tamen transferri,  
aut pretio causari, vel ad totam vitam pensionarij vendi,  
aut ad longum tempus locari, scilicet vltra triennium, sine  
consensu Papæ non potest. Extrau. de reb. Eccl. non alien.  
Clement. tit. eod. sicut etiam pactio omnis sine beneplaci-  
to eius in spiritualibus prohibetur, c. quam pio, l. q. 2. & c.  
fin. de pactis.

DECISIO LXII.

Ex consil. 59. deest in Nouis.

62 **H**abens plura beneficia & redditus ecclesiasticos, quæ  
sua persona, aut qualitas requirit ad honestam sus-  
tentationem, superflua rennuciare tenetur, & solum iux-  
ta suam dignitatem sumptus facere potest; superflua ve-  
rò vanè expendens peccat, & restituere tenetur: Potest ta-  
men beneficiarius diues fratrem suum egentem, & studium  
sustentare ex redditibus sui beneficij, etiam si habeat  
patrem diuitem, qui probabiliter id facere possit, eo quod  
viuente patre bona illius non sunt filij, vnde si ius iure pot-  
est dici pauper, & ope aliena indigens, neque tenetur pater il-  
lum studentem in studio, vbi sibi inferuentem alere.

DECISIO LXIII.

Ex consil. 60. alias 2. & 4. de peculio cleric.

63 **B**eneficiarius de patrimonio suo, & sua industria que-  
rens, & de alijs fructibus pensionum secularium, pos-  
test pro libito suo etiam principaliter largiri cognatis  
suis ob consanguinitatem, & amicitiam, sicut quilibet  
laicus potest de fructibus laicis prohibito largiri, etiam ex  
transis: De reliquis autem ex sua pensione, aut beneficijs  
ecclesiasticis egentibus donare potest, etiam cognatis, di-  
modo id principaliter faciat ob amorem Dei, quamuis  
minus principalem respectum ad cognationem, amicitiam  
& alios fines seculares habeat.

DECISIO LXIV.

Ex consil. 61. alias 7. de success. ab intest.

64 **D**iviso fructuum beneficij inter prædecessorem, &  
successorem, gl. in c. si propter, de rescr. in 6. sicut inter  
usufructuarium, & proprietarium finito vsu fructu, l. si  
usufructuarius, ff. quib. mod. usufruct. amit. vel inter fidei-  
commissarium, & eum qui restituit fideicommissum ce-  
dente die faciendæ restitutionis, l. Herennius, ff. de vsur.  
fieri debet, ita vt prædecessor attento iure communi habe-  
re debet omnes fructus collectos, vel debitos ante suam  
mortem; reliquos verò omnes successor eius, non habita-  
tione patris anni, qua vixit.

DECISIO LXV.

Ex consil. 62. alias 20. de celebr. Miss.

65 **C**anonici ecclesiæ Cathedralis per multos annos ab-  
sens, nec horas canonicas recitans, fructum tamen  
eius, qui in distributionibus quotidianis consistunt, conti-  
nuo percipit, eos nec ecclesiæ, nec pauperibus, sed illis, qui  
horis interfuerunt restituere tenetur, cap. 1. de cler. non re-  
sid. in 6. cum non sufficiat date pauperibus, quod debetur  
alteri, cap. ea re, de vsur. nisi quando ignoratur quis sit:  
cap. cum tu, de vsur. & glo. ibi. distributiones verò quoti-  
dianæ solum horis interuentibus debentur, adeo vt ob-  
nitiens